

R. g. Sanch. ubi supra numero 30. ad fin. in versic. dubita- tur 1790.

19 Idem est dicendum secundum ipsos ubi supra, & Sanch. num. 32. in vestibus lugubribus praestitis vxori viduae, vt hoc minime etiam correctum sit iure Canonico, casu, quod alias ipsa secundo nubens eas teneatur restituere: an autem haeredes viri teneantur eas praestare viduae relictae egimus late lib. 2. pract. quael. 97. a num. 6. vsque ad 12. & alios allegans Sanch. d. num. 37. qui post nos sunt videndi.

20 Idem etiam est in lecto quotidiano, de quo late etiam egimus d. lib. 2. quael. 95. cum sequentibus, hoc enim, & quod ibi diximus, minime est correctum iure Canonico, quia non est proprie poena secundarum nuptiarum. Palat. Rub. in l. 15. Taur. numero 6. & cum eo Sanch. ubi supra numero 32. ubi late agit de materia lecti quotidiani post nos. quae hodie non est correctae, sed in sua viridi obleruantia remanet, & ideo de ea sumus videndi quando casus in praxi contigit.

21 Similiter etiam poena mulieris secundo nubentis, in fauorem filiorum prioris matrimonij statuta non sunt correctae iure Canonico iuxta gloss. verbo bonorariarum. C. de secundis nupt. & ibi communiter DD. D. Couar. in quarto Decret. secunda pars cap. 3. §. 9. numero 5. Gregor. Lopez in 3. verbo, facta un anno, titulo 12. parva 2. diximus in repetitione h. nemo potest. numero 20. ff. de legat. 1. & lib. pract. quael. one 95. numero 5. Mateoq. in l. 3. gloss. 2. numero 1. & 44. titulo 1. lib. 5. nu. collect. Reg. & in l. 5. gloss. 8. numero 3. titulo 9. eodem lib. 5. esseque communis omnium fere sententia, vt plurimus referens affirmat Thomas Sanchez d. lib. 7. de matrimonio. disputatione 88. numero 39. quam etiam sententiam tenet idem Sanchez plures citans lib. 6. de matrimonio, disputatione 41. numero 1. & proculdubio in praxi tenendam aduersus Abb. Felin. Dec. Menoch. dicentem contrariam communem, quos refert Sanchez ubi supra numero 39. eos improbens dicit numero 39. Qui eadem disputatione numero 2. cum pluribus sequentibus 13. poenas huiusmodi late congeslerat iure impostas viduae secundo nubenti in fauorem filiorum, quae iuxta suprad. magis communem sententiam non sunt sublatae hodie neque correctae iure Canonico, & praesertim numero 40. cum sequentibus vsque in finem illius disputationis probat cum Authorum allegatione sequentes poenas non esse correctas. nempe.

22 Primo illam, vt coniux transiens ad secundas nuptias amittat proprietatem bonorum, quae a defuncto coniuge habuit, & referretur filiis prioris matrimonij. Gabr. lib. 3. comm. opin. tit. de secundis nupt. conclusio 1. num. 18. de qua late egimus in quaestione statim sequenti.

23 Secundo, ne possit mater illa dare secundo viro plusquam vni ex filiis prioris matrimonij cui minus dedit, quia similiter est in fauorem filiorum statuta secundum Couar. ubi supra, numer. 2. Matien. in 2. gloss. 2. num. 6. tit. 1. lib. 3.

24 Tertio, non esse etiam correctam illam poenam, quae habet, quod mater secundo nubens amittat tutelam filiorum, de qua late egerat prius Sanch. ubi supra, num. 4. cum sequentibus, & in terminis allegata tenentes Matien. in d. l. 2. num. 9. tit. 1. lib. 3. Azou. in d. l. 3. num. 5. & Spin. in Specul. test. gloss. 15. num. 102.

25 Quarto, similiter non est correctum, quod alias tenent DD. nempe matrem, quae non perito tutore, ac reddita administrationis ratione, & relicto solo ad secundas nuptias transierit, incurtere omnes poenas, quae mulieri secundo nubenti intra annum luctus sunt iure statuta, vt late cum plurimis Authoribus ab eo citatis probat Sanchez ubi supra, numero 13. & 41.

Quinto, nec etiam est correctum, quod mater secundo nubens priuetur educatione filij pupilli, vt bene probat Matienq. in d. l. 3. gloss. 2. num. 8. tit. 1. lib. 3. Sanch. num. 42. in principio.

Sexto, idem ibi probat in alia poena, illa scilicet, vt non possit exemplariter substituere, & vt excludatur per tacitam pupillarem.

Septimo, non est correctae alia poena viduae secundo nubentis, quae habet, vt perdat priuilegia, & honorem prioris mariti, vt cum alius probat assignans eius rationem ibidem numero 43.

Octauo, non etiam corrigitur illa alia poena, in quam incurrit mater secundo nubens, nempe, vt filij non teneantur matrem secundo nubentem dotare, vt ibi d. num. 43.

Nono, nec illa, ne possit reuocare donationem, causa ingratitudinis.

Decimo, & vndecimo, quod pater teneatur rogatus ab auo restituere hereditatem filij, teneatur latidare de ea restituenda, si secundum vxorem ducat, & mater rationem reddere de modicis, si cum administratet bona filij, secundo nubat, haec liquidem poena sunt introductae in fauorem filiorum, vt bene probat, & tenet Sanchez, ubi supra, numero 35. 36. & 43. ad finem.

Quae autem praediximus de secundis nuptiis, intelligenda sunt similiter de tertis, & veterioribus nuptiis respectu praecedentium, vt constat ex l. cum alius 4. C. de secundis nupt. & l. hac ad Pal. 6. statim in principio, C. eodem titulo, & tenent glossam rubricati- lum titulu. & alij quam plures DD. quos refert, & sequitur Sanchez disputatione 88. numero 1.

Obseruari tamen debet in proposito, hoc esse intelligendum respectiue, nempe in fauorem filiorum remanentium eiusdem matrimonij, ex quo eodem matrimonio alius filius decessit, cuius mater allec- ta fuit bona de paterna substantia filij praecedentis, secus in fauorem filiorum aliarum nuptiarum, vnde mater transiens ad tertium coniugium non tenebitur, quoad alleccta fuerit per mortem filij primi matrimonij de paterna substantia relinquere filia secundi matrimonij, sed pleno iure fit domina deficientibus aliis filiis illius plurimi matris. ita Bart. Bald. & communiter DD. in Auth. ex testamento C. de secundis nupt. vt affirmat Marc. Anton. Peregr. consil. 80. num. 19. contra Addition. Alex. & alios, imo quod mater habuit de paterna substantia ob mortem proprii filij non teneatur referuare priuigno suo fratri consanguineo filij sui, quia iura praedicta loquuntur de filiis eiusdem matrimonij, vt cum Bald. consil. 153. lib. 3. Petro de Anchar. consil. 278. Boer. decis. 185. num. 11. Rip. contra Coraem consil. 242. lib. 2. tenet & probat Peregrin. ubi supra, numero 190.

CAPITVLVM CIX.

De parente transiente ad secundas nuptias quando teneatur referuare filiis prioris matrimonij proprietatem bonorum quae a prioris matrimonij processerunt, & quando non?

SVM MARIVM.

1 Vxor transiens ad secundas nuptias teneatur referuare filiis prioris matrimonij quaecumque bona habuit a primo marito titulo lucratiuo.

2 Vxor transiens ad secundas nuptias teneatur referuare omnia, quae habuit ab intestato a filia prioris matrimonij, quoad proprietatem (solo reuocato usufructu) reliquis filiis prioris matrimonij.

3 Coniux superstes teneatur referuare filiis prioris ma-

rimonij partem dotis datae filio communi ab ambobus coniugibus, iam defuncto, pro parte tangente ex bonis praefuncti coniugis.

4 Coniux secundo nubens priuatur statim ipso iure domino omnium lucrorum, quae a coniuge defuncto percepit, applicaturque communibus liberis referuato sibi dum vixerit solo usufructu.

5 Coniux superstes cum filiis prioris matrimonij, qua ratione teneatur referuare praed. filio ea, quae habuit a priori viro, vel ab aliquo filio illius matrimonij?

6 Mater transiens ad secundas nuptias teneatur referuare filiis prioris matrimonij legitimam tangentem aliquid eorum ex parte patris praefuncti quoad proprietatem, retento sibi usufructu.

7 Femina transiens ad secundas nuptias intra vel post annum mortis viri teneatur referuare filiis prioris matrimonij, quae habuit ab illo matrimonio.

8 Vir transiens ad secundas nuptias teneatur referuare filiis prioris matrimonij omnia, quae habuit a prima vxore, & alia filijs prioris matrimonij quoad proprietatem, sicut idem statutum est in femina transiente ad secundas nuptias iuxta l. 15. Taur. quae hodie est l. a. titulo 1. lib. 5. non. coll. Reg.

9 Coniux transiens ad secundas nuptias an possit praeferre aliquem filium prioris matrimonij in bonis, quae habuit a coniuge praefuncto, vel a filio illius matrimonij? & numeris sequentibus.

10 Coniux praefunctus, quando meliorauit filium communem in terra bonorum suorum patris, & coniugi superstiti reliquit quantum, an teneatur hic transiens ad secundas nuptias referuare illud quantum quoad proprietatem filijs prioris matrimonij.

11 Confessio est interpretatina legum, priuilegiorum, & scripturarum, quae ex decennij cursu interpretantur, & declarantur, etiam si ad praescribendum requiratur tempus immemorabile.

12 Mater transiens ad secundas nuptias, an amittat usufructum bonorum, quae habuit a viro vel filio prioris matrimonij statim quod ea alienet, & considerat cum proprietate?

Et quid sit bona alienet mater ante transiendum ad secundas nuptias? numero 15.

13 Mater secundo nubens teneatur praeferre filiis prioris matrimonij cautionem, de bene vtendo arbitrio bonorum viri, salua rerum substantia bonorum, quae habuit a primo matrimonio.

14 Parens transiens ad secundas nuptias, an & quando teneatur referuare filiis prioris matrimonij aestimati- onem bonorum consumptorum.

15 Haeredes mariti, an & quando teneantur restituere vxori valorem bonorum ipsius consumptorum durante matrimonio, quae illi fuerunt tradita inestimata?

Et quid quando superstiterunt bona lucrata constante illo matrimonio solute patrimonij viri, quae & debuit illi matrimonij? num. 19. & num. 20. quid in dubio nonstantibus bonis superlucratis.

16 Oues, & alia animalia inestimata in dotem tradita, si fuerint praempta, debent suppleri ex fructibus eorundem.

17 Res in dotem date inestimatae consistentes, pondere, numero, & mensura, si consumpta fuerint, debent tantum reddi in genere filio matrimonij, vel valor earum tempore quo dissoluitur matrimonium, non vero tempore quo fuerunt datae, vt in num. 23.

18 Mater transiens ad secundas nuptias, ad hoc vt teneatur referuare filiis prioris matrimonij bona quae ex eo habuit, quatenus requiruntur, de quibus hic.

Et idem in patre transiente ad secundas nuptias, vt in numero 25.

19 Usufructus parentis competens ex bonis alterius coniugis praefuncti quando superstes transiit ad se-

condas nuptias non extinguitur exequite filio potestate patris.

20 Parens transiens ad secundas nuptias, teneatur referuare bona, quae habuit a priori matrimonio quoad proprietatem, non solum filijs illius matrimonij, sed etiam nepotibus, & pronepotibus.

21 Coniux superstes transiens ad secundas nuptias an teneatur referuare filijs prioris matrimonij, quae ab eo habuit quando secundum matrimonium non fuit consummatum, vel fuit nullum.

22 Coniux transiens ad secundas nuptias, an teneatur referuare filiis prioris matrimonij legitimum sibi a praefuncto relicto, titulo legati, institutionis, vel restitutionis?

23 Mater transiens ad secundas nuptias, an teneatur referuare filiis prioris matrimonij proprietatem bonorum, quae habuit a filio ex pupillari substitutione eidem facta per maritum?

24 Coniux transiens ad secundam viam an teneatur referuare filio prioris matrimonij bona acquisita contemplatione coniugis praefuncti.

25 Coniux superstes transiens ad secundas nuptias, an teneatur referuare filijs prioris matrimonij proprietatem bonorum, quae habebat in parte hereditatis fratris praemortui, an potius in ea succedant alij fratres eiusdem matrimonij?

26 Coniux transiens ad secundas nuptias non teneatur referuare filiis prioris matrimonij bona, quae praefunctus ex substantia aut filio eiusdem matrimonij praefuncto.

Quod procedit etiam si contemplatione patris, vel mariti sint acquisita filio, num. 34.

27 Coniux transiens ad secundas nuptias non teneatur referuare filiis prioris matrimonij bona, quae perueniunt ad filium defunctum aliunde quam ex substantia parentum, sed in eis succedat pleno iure.

28 Parens transiens ad secundas nuptias teneatur referuare filiis prioris matrimonij bona, quae habuit ab eo, quantum praed. filij non sint haeredes, & renunciauerint hereditati parentis praefuncti cum iuramento.

29 Parens transiens ad secundas nuptias non teneatur referuare filiis prioris matrimonij bona, quae habuit ab eo ex contractu oneroso acquisita.

30 Mulier transiens ad secundas nuptias, an teneatur referuare filiis prioris matrimonij arras, quae a primo marito habuit, & an possit aliquem liberos in illis meliorare?

31 Mulier nobilis, quae plebeio nupsit, quae aliquid donauit ratione nobilitatis, an teneatur transiens ad secundas nuptias illud referuare filiis prioris matrimonij?

32 Coniux transiens ad secundas nuptias an teneatur referuare filiis prioris matrimonij illud, quod habuit a filio communi eiusdem matrimonij titulo oneroso?

33 Lucra acquisita constante matrimonio referuati non debent filiis eiusdem matrimonij per transiendum ad secundas nuptias coniuge superstiti.

34 Bona, quae coniux habuit ex bonis coniugis praefuncti, ex dispositione legis, statuti, vel consuetudinis, referuantur filiis prioris matrimonij transiente ad secundas nuptias coniuge superstiti.

Et quid ex pacto mutuo inter coniuges inito, acquisitionis post mortem coniugis, superstiti ad secundas nuptias transiente, num. 43.

35 Coniux transiens ad secundas nuptias acquirit pleno iure bona, quae habuit a priori matrimonio nullis exantibus filiis ex eo, & num. 71.

Quod procedit etiam si coniux praefunctus filios reliquit ex alio matrimonio, num. 45.

Idem est quando filij suscepti ex priori matrimonio mortui fuerunt in vita parentum, num. 46.







supra numero nono, in versiculo hoc autem distinctio.

Secundo, quia etiam in casu praesenti coniug superflues secundo nubens non melior est, nec praefert illum filium prioris matrimonij in tertia parte illius quatuor, sed iudicio alterius parentis praefuncti fuerit praesertim in tertia suorum bonorum, ac proinde in tertia quoque parte illius quinti, censendus sit iure, & mente praefuncti coniugis etiam praesertim: hoc tamen locum habere non videtur ex litera d. Authen. lucrum, ibi: lucrum hoc aequaliter inter liberos lege distribuitur, &c. ergo etiam parens praefunctus iure potuerit praeferre filium commune in tertia parte suorum bonorum, non tamen aliquid disposuit circa quintum a se viro relicto distribuendum inter liberos in casu secundarum nuptiarum sui viri, ergo relicto fuit hic casus in dispositione iuris communis d. Authen. lucrum, qua cauetur, lucrum hoc aequaliter lege distribuendum inter liberos.

Tertio, quia negamus, quod Authenticae sint insertae in libro C. ab vltimo privato Authores, id namque minime constat, sed potius contrarium, hoc est, a tempore immemoriali esse insertas Authenticas in libro C. prout nunc & semper contexte, ordinatae, & insertae sunt in eo, & in praxi deficiente iure Regio obseruantur, & iuxta eas pronuntiat in tribunalibus iudicialibus, ergo dato, sed non concesso, quod d. Authen. lucrum male translata esset ex Authentico originali, id Authenticum iam interpretatum est longissimo tempore, & immemoriali, iuxta tenorem & decisionem d. Authen. lucrum, ac proinde proculdubio obseruandum est, quia consuetudo est interpretatiua legum, privilegiorum, & scripturarum quae ex decennij lapsu interpretantur, atque declarantur, idque procedit, etiam si ad praescribendum requiratur tempus immemorabile, vt cum communi docuimus lib. 3. Praet. questione 62. numero 26. & 27. quanto magis stante consuetudine immemoriali.

Quarto, & peremptorie, quia Auth. originarium de nupt. §. venient, in illis verbis: ideoque secundum portionem vnusquisque. &c. non est contrarium huic nostrae prioris sententiae: supposito quod ille text. a sui principio vsque ad verba praedicta modo relata expresse tollit electionem parentibus non recte introductam in filios prioris matrimonij, prohibens alij euid. in filiorum dare, alium vero exhonorare, quia omnes similiter secundis nuptiis exonorati sunt. sed quemadmodum omnium filiorum similiter haeredes existunt parentes, & non alij quidem succedunt, alij vero non. cur non similiter, inquit, ille, & ipsi, omnibus, ex aequo (nota verbum ex aequo, hoc est, aequaliter) quantum ad hoc confertur, sed alios quidem eligant, alios vero despiciant? interrogatiue, quasi dicat, minime quidem: sed ad filios omnes ex prioribus offensos nuptiis venient talia lucra, vt in principio illius text. specificet cauetur, & disponitur. Quare verba postea sequentia illius §. venient, ad fin. ibi: ideoque secundum portionem vnusquisque hoc lucretur, &c. intelligi quidem debent secundum decisionem proximae praecedentem illius text. ibi: ex aequo, &c. quod ad oculum patet, quia sunt verba deducta, atque illata ex ea, nempe, ideoque secundum portionem (scilicet ex aequo, id est, aequaliter) vnusquisque hoc lucretur, & ita merito Ang. in hunc sensum verum, & literalem summatorum illum §. venient, in huic modum: Lucra praedicta inter filios primi matrimonij aequaliter diuiduntur, & inter filios filiorum pro hereditariis portionibus: ita tamen vt non plus capiant, quam caperet pater eorum si viueret.

Neque obstat, si replicetur, quod filius hic melio-

ratius in tertia parte hereditatis parentis praefuncti non solum recipere debet portionem aequalem cum ceteris filiis prioris matrimonij, sed etiam vltra eam, tertium, quia haec est etiam portio sua. Respondemus namque verba illa: Ideoque secundum portionem vnusquisque hoc lucretur: intelligi debere de portione hereditaria, non vero de praefuncto tertiz partis, alias enim non ex aequo, sed inaequaliter succederent, & hoc manifestius fiet, considerando quod in casu illius text. nulla mentio fit alicuius praefuncti, ergo non est ibi text. vltimo modo contra nostram sententiam, quia non deciditur ibi noster casus: ergo cum omnes filij prioris matrimonij ex aequo succedere debent in his lucris, vt in vtroque Auth. cauetur, non est cur contrarium dicamus in casu, de quo agimus.

Secundo ex superioribus, deducitur, matrem transeuntem ad secundas nuptias non posse disponere de proprietate illorum bonorum, quam filiis prioris matrimonij reseruare tenetur ea alienando, aut obligando, l. femme in fin. princ. & in l. generaliter in princ. C. de secundis nupt. & in Auth. de nupt. §. sed, quod sanctum est, collatione 2. quia solo usufructu eorum bonorum gaudet.

Quare videtur, quod si de facto ea bona immobilia mater alienet, statim amittit usufructum illorum, & consolidetur cum proprietate, ac proinde filij prioris matrimonij possunt auocare, & petere ea a possessoribus: argumento text. in l. sic usufructus, ff. de iur. dot. & §. finitur, instituta de usufruct. cum similib. tenet Bald. in l. generaliter, §. in bis C. de secundis nupt. Sed contrarium probat text. in Auth. de non eligend. secundo nub. §. hoc autem, collatione prima, & ibi notant communiter DD. imo quod alienatio valeat, & reuocabitur post mortem matris, potest enim esse quod filij prioris matrimonij, decedant matre viuente, & ita nihil ad eos pertineat, quod secus est in alio usufructuario, & ita merito contra Bald. vbi supra in hoc tenet Anton. Gomez in l. 15. Taur. numero 5. & late probat Thom. Sanchez d. lib. 7. disputatione 89. numero 7.

Addens Anton. Gomez, quod si talis mater ante transitum ad secundas nuptias alienauit aliqua bona prioris matrimonij, & post alienationem transierit ad secunda vota, filij prioris matrimonij, ea bona petere, & vendicare posse a possessoribus, licet videatur alienatio facta tempore congruo, & permisso ex text. expresse in d. §. hoc autem, & ibi Bart. Angel. & DD.

Mater autem secundo nubendo tenetur praestare cautionem filiis prioris matrimonij de bene vtendo arbitrio boni viri valia rerum substantia, vt in l. hac edictali §. bis illud de secundis nupt. tenet Fulgos. consilio 32. in fin. & Cifuentes in d. l. 15. circa fin. ibi: item dubitatur, Matienq. in l. 3. glossa secunda, numero 16. titulo primo, lib. 5. Gregor. Lopez in l. 26. verbo, si uacat, & cap. in fin. titulo 13. partia 3. vbi loquitur etiam in patre: sed in patre communis opinio est in contrarium, imo quod pater non teneatur eam praestare, vt ex aliis, quos citat, affirmant Matienq. vbi supra, & Azeue. in l. 4. numero 33. titulo 1. lib. 3. nou. collect. Reg. vbi numero 54. idem probat etiam in matre, quod in patre; si haec soluenda sit, & bona sint immobilia, nempe quod non teneatur praed. cautionem praestare: nisi pro rebus mobilibus, & semoentibus, & inuentarium de iis facere, & estimationem, quam sententiam prius tenuit tam in patre, quam in matre Anton. Gom. in d. l. 15. numero 5. nempe, vt si bona sint mobilia, debeat fieri eorum aestimatio per arbitros electos a partibus, & praestari satisfactio, vt post mortem coniugis transeuntis ad secundas nuptias resti-

restituatur illud pretium, & estimatio, vel reuocatur illa bona mobilia, si non sunt deteriorata, vel restituantur cum estimatione damni, vel deteriorationis, ex text. in l. hac edictali, §. si illud, & §. mobilia, C. de secundis nupt. & ibi glossa, & communiter DD. & hanc sententiam probat cum Anton. Gom. & Azeue. vbi supra contra Cifuent. & reliquos indistincte tenentes patrem, & matrem transeuntem ad secundas nuptias teneri praestare praed. cautionem, quia in patre verior, & communis sententia est in contrarium, imo quod tam praestare minime teneatur, & in matre idem probat verior sententia, nisi si bonis immobilibus iuxta formam supra d. nisi mater alias non esset soluenda: siquidem omnia bona vtriusque iure sunt tacite hypothecata pro securitate praed. bonorum, quae filiis prioris matrimonij debent reseruari per transitum ad secundas nuptias, vt in l. si quis prioris, §. in C. de secundis nupt. d. l. 26. titulo 13. partia 3. & ibi Gregor. Lopez Anton. Gom. & Azeue. non 50. vbi supra.

Quod si parens non alienauit praed. bona, sed consumpsit, tenentur haeredes eius ad estimationem, vt in l. femme in fine princ. C. de nupt. ibi: Nam, quid ex eisdem rebus in alium quemlibet fuerit ab ea translata, & maternis redintegrabitur facultatibus, & in l. generaliter in principio, C. eodem. ibi: Consumptas vero ab hereditatibus eius exigent, qui eas seruare debeant: hoc tamen intelligendum est, quando culpa parentis, qui reseruare tenebatur, res illa perit atque consumpta est, quia si absque eius culpa periret, periret vero domino, nempe filiis licentiam, C. si cert. per. ita Bald. in d. l. generaliter in principio, numero 2. versiculo sed nuncquid, ibi, sed pone, & ibi Nicolaus Arlet. in noua editione, numero 118. Ripa in d. l. femme in fin. princ. quos refert, & sequitur Thom. Sanchez vbi supra sub numero octauo, vbi ex Bald. idem esse dicendum addit, si culpa haereditum periret res illa filiis prioris matrimonij reseruanda, & secundum hanc doctrinam, quae vera est, censetur esse intelligendam praecedentem Anton. Gom. & Azeue. vbi supra, numero 18. versiculo mater autem, de cautione praestanda per mulierem, & estimationem faciendam bonorum mobilium, & semoentium pro restitutione eorundem: cautio namque praedicta, & aestimatio iuri superfluis parentis nocere non debet.

Sic videmus (extra materiam secundo nubentium) quod haeredes mariti non tenentur restituere uxori estimationem bonorum mobilium, quae inuentario recepit in dotem matris inaestimata, si in matrimonio sint consumpta, ita cum Bald. in l. de his per illum tex. C. de donat. inter vir. & vx. tenet Cassan. in consuetud. Burgund. rubrica 4. §. 2. numero 18. filio 137. idem in d. rubrica 2. §. 24. numero 8. filio 202. vbi limitat cum Angel. quando bona sunt consumpta viuente uxore, & numero 7. aliud dicit, si dentur aestimata, quia tunc periculo mariti consumuntur, sed hoc est limitandum quando haeres mobiles dote inaeestimatae pereunt absque culpa mariti; tunc namque periculum, vel commodum pertinet uxori. Vnde si vestes, vel aliqua animalia dentur in dotem inaeestimata, & reperiantur consumpta tempore dissoluti matrimonij, non debentur aliqua aestimatio uxori, iuxta text. in l. plerumque ff. de iur. dotium, per quem text. ita tenet expresse Anton. Gom. in l. 15. cum seq. Taur. num. 42. circa fin. & addo quod tali casu.

Si tamen sint communia luera constante matrimonio acquisita ex ipsis, resarciendum est decrementum rei immobilis, vel mobilis allatae in matrimonio, quod deterior sit reddita, vt quia vsu attrita vel inueterata, alioquin accipienda est qualis

fuerit reperta, vt bene probat Molin. Theolog. de iustitia, & iur. secundo tomo, in d. d. secundo, disputatione 433. columna 111. & Anton. Gom. in d. l. 15. Taur. cum sequentibus, numero 69. Greg. Lopez loquens in damno ancilla mortuae durante matrimonio in l. 20. in glossa, orro fi del marido, ibi, & quia, &c. titulo 11. partia 4. Roder. Suarez in titulo, de his ganancias colonias su. Montalu. in l. prima, in glossa, per medio, titulo 3. lib. 3. fir. bodie est l. 1. titulo 9. lib. 3. non. collect. Reg. vbi Matien. glossa 2. num. 3. alios allegat, & ibi Azeue. in l. 2. num. 12. eisdem titulu, vbi idem citat Gregor. Lop. in l. 18. in glossa verbo, el pro. tit. 11. partia 3. vbi inquit, ita praedicari, & h. yor. de part. prima parte, cap. 7. numero 38. versiculo huius autem, vbi limitat, nisi damnum talium bonorum obueniat culpa mariti; nam tunc ex bonis mariti non vero a lucris restituetur iuxta gloss. penult. in d. l. 18. eisdem primam limitationem sequitur Matien. in l. 3. glossa 7. numero 8. tit. 9. lib. 3.

Si vero soluto matrimonio non possit constare, an res mobiles, vel semoentes sint consumptae, vel peremptae absque culpa mariti, & sic in dubio (non extantibus bonis superflucrat durante matrimonio) maritus tenetur valorem, & estimationem soluere, si non probet ex vsu, vel casu fortuito, vel alias absque sua culpa consumptas, & peremptas, quia, maritus censetur custos, vel procurator vxoris, & rerum dotalium, ita dixit, & consulit in quaestione de facto Anton. Gom. vbi supra, num. 43.

Peremptis autem ouibus vel animalibus debent suppleri ea ex foetibus, & fructibus eorum iuxta legem plerumque, versiculo tamen ff. de iur. dot. l. 21. titulo 11. partia 4. Anton. Gom. vbi supra, d. numero 43. vbi etiam limitat, & intelligit praedicta, quando res mobiles, vel immobiles, vel semoentes, quae dantur in dotem inaeestimatae consistunt in specie, secus si consistant in genere, quod ponderare, numero vel mensura consistit, vt triticum, vinum, oleum, & similia; quia licet dentur inaeestimatae periculum, & commodum est mariti, ac proinde pereunt, & consumuntur periculo eius, & in his tacite videtur actum, vt maritus distrabat, vendat, & consumat, & tantundem in suo genere reddat, sicut dicimus in mutuo, vnde soluto matrimonio maritus tenetur soluere tantundem in genere, vel eius valorem, vel estimationem tempore quo dissoluitur matrimonium, non vero tempore contractus matrimonij, & dotis receptae; iuxta l. vel in d. dem data, ff. solus matrimonio; & ibi communiter DD. l. 21. tit. 11. partia 4. Anton. Gom. vbi supra, d. n. 43. ad fin.

Redeundo nunc ad reseruatiouis bonorum materiam per transitum maris ad secundas nuptias filiis prioris matrimonij faciendae, a qua paululum digressi sumus, non tamen absque utilitate aliqua in praxi obseruandum est quatuor ad hoc requiri, primo, vt mater ad secundas nuptias transeat, secundo vt bona sint acquisita ex coniugis praefuncti matrimonij, tertio vt sint acquisita titulo oneroso, quarto vt superint filij ex prioris matrimonij.

Circa primum idem dicendum est in parte transeunte ad secundas, vel vltiores nuptias tam iure communi, quam nostro Regio per l. 15. Taur. bodie l. 4. titulo 1. lib. 3. nou. coll. Reg. vt supra resoluimus: non tamen tenetur pater usufructum, quem ex bonis maternis filiorum lege acquirit, reseruare filiis prioris matrimonij, illo namque potuit ex legis dispositione, ratione patriae potestatis, qua minime extinguitur per transitum ipsius ad secundas nuptias, l. fin. C. de bon. maternis: ita tenet Gomez Afias, & merito in l. 12. Taur. numero 16. quoniam etiam usufructus hic ratione patriae potestatis patri competens esset in nostris Regibus per matrimonij con-



26 tractum recepti Ecclesiasticis benedictionibus, vt decidit in l. 1. Taur. hodie in titulo 1. lib. 3. non collecti. Reg. atamen usufructus, quem vterius parens habet in bonis ex pramortu coniugis substantia a se acquisita, quorum proprietatem amisit per transitum ad secundas nuptias, non extinguitur qualitercunque filio extra patriam potestate constituto, eo quod hic usufructus toto parentis tempore vitæ alio iure durat, nempe l. summa, C. de secundis nupt. ibi, possidendi tantum, atque fruendi in diem, vitæ neque a patria potestate pendens, siquidem mater similiter eum retineat, quæ minime habet filios in potestate, ita tenet D. Azueved. in l. 4. numero 37, titulo primo lib. 3. noua collecti. Reg. quem sequitur Thom. Sanch. vbi supra, d. disputatione 89, numero 117.

27 Idem etiam dicendum est de nepotibus, & aliis descenditibus, his namque etiam tenentur aui, & reliqui ascendentes bona referuare à coniuge pramortuo acquisita transientes ad secundas nuptias, vt docent glossa in d. l. generaliter in principio, verbo generaliter, C. de secundis nupt. Hostiens. in summa titulo de secundis nuptis, §. quare, & qualiter, numero 5. versio. & quod dixit Castill. in l. 15. Taur. numero 4, columna 2. in verbo, las nuyeres, Guilierm. Bened. in cap. Raynuitu, verbo, & vixerem, decisio 7. vbi de successu ab intest. numero 39, de testam. Gregor. Lop. in l. 26. verbo, sinca titulo 3. partio 5. Menochius consil. 157, numero 31, volumine 2. Anton. Gabriel in testamento com. in op. lib. 3. titulo de secundis nupt. conclusio 3, numero 4. Matien. in l. 3. glossa 3. in fine, titulo 1. lib. 5. Azueved. in l. 4. eadem titulo, numero vlt. & nono, & in l. 6. titulo 9. numero 2. eadem titulo, & alios allegans, ex quorum numero patet esse hanc communem, & receptam sententiam Sanch. vbi supra, num. 12. contra Molin. Theolog. 1. tom. de Iustitia, & Iur. tractatu secundo, disp. 163, columna 9, notabil. 3.

Hoc tamen verum est, quoad bona, quæ perueniunt ad auiam ex substantia ipsius aut sui coniugis, & e contra ad auum, ex substantia auæ, & sic de aliis ascenditibus, etiam si ea bona ad nepotes prius peruenierint, quibus ab intestato auus, vel auia successerunt, tenentur namque hi ad secundas nuptias transientes ea referuare nepotibus supersubstitus ex priori matrimonio habitis: secus autem, si pater vel mater bona aliunde, quam ab auo, vel ab auia quesita, reliquerit filiis suis, hæc namque quamuis ad auiam per successionem ab intestato perueniant, non tenentur ea referuare dictis nepotibus, vt cum aliis recte probat, & tenet ibidem Sanchez.

28 Sed quid erit quæso, quando secundum matrimonium à parente supersubstitite celebratum, non est consummatum, aut forte est irritum, & nullum, an tunc sit locus præd. referuationi in fauorem filiorum prioris matrimonij, necne? & quidem in priori specie, nempe quando secundum matrimonium non fuit consummatum, Thomas Sanch. d. disputatione 89, numero 13. lib. 7. existimat tunc minime prædict. referuationi locum esse ex dictis per eum eodem lib. disputatione 87, numero 19, vbi resoluit ex pluribus poenas secundo nubentium non incurri, ex matrimonio non consummato, secundum Garroa in l. prima, numero 4, notabil. 3. C. de secundis nupt. & ibi Dec. numero 4. D. Couar. in quarto de sponsal. secunda parte, cap. 3. §. 9. numero 6, versio, sed vi poena, Ludouic. Lopez secunda parte Instru. vbi de matrimonio, cap. 41, columna 3. & horum opinio approbata videtur expresse in l. fin. ad fin. titulo 12. partio 4. ibi, esse misero serua, ea no due auer pena la muger que se desposiße, ante que el año fuisse cumplido solamente que an

esse comedio no cumplia el matrimonio: ergo non tenentur referuare bona prioris matrimonij filijs eiusdem, quia hæc inter alias est poena à iure imposta ex secundis nuptiis in fauorem præd. filiorum, vt prædixerat eadem l. Reg. ibi, e deue perder las vrras, & la donacion que le fizo el marido finado, & las otras cosas, que lo ouiesse dexado en su testamento, & deuenca auer los hijos, que fincaren, del, poenal es namque & odiosa est materia hæc, vt patet, & ratio huius poenæ est iniuria irrogata priori viro, & filiis, quæ non plene ac perfecte interitur, donec matrimonij consummatum accedat.

Sed contra hanc sententiam tenet Rip. in rubrica, C. de secundis nupt. in noua editione, numero 16, & 17, dicens minime curari præd. poenas, licet prius matrimonium non fuerit consummatum, eo quod non solaturatio sanguinis, hoc est incertitudo, vtro ex matrimonio nascatur proles, est causa harum poenarum, sed etiam despecta coniugis defuncti reuerentia, qui tam velociter de honestate est, & hanc partem probat etiam d. l. fin. ibi, Pero la muger que fuere desposiða, & el esposo se muereße ante que el matrimonio fuisse cumplido, no deue castigar en pena quando quisere. Quid tenendum?

Ego pro clariori intelligentia huius articuli, duos casus diuersos casco esse distinguendos.

Præmus est ille, de quo loquimur in hac specie, nempe, quando prius matrimonium fuit consummatum, secundum vero non.

Alter casus est e contrario, quando prius matrimonium non fuit consummatum copula, secundum vero vitæ in priori, & sic in nostro casu, magis recepta Doctorum opinio esse videtur, quam prædiximus, nempe non esse locum præd. referuationi bonorum, ac proinde seruanda in praxi, licet eam difficultatem patiantur, quod nullo iure inquiratur, nuncupatum, quod secundum matrimonium sit consummatum ad hoc vt binubus tenentur referuare filiis prioris matrimonij, proprietatem præd. bonorum, sed tantum quod parents superstitet transeat ad secundas nuptias: ac per secundum matrimonium, de presentia forma Ecclesiæ valde celebratum nuptia secunda inuenitur, & c. Præterea, ita despicitur coniugis prædefuncti reuerentia per secundum matrimonium, non consummatum, sicut si consummatum esset: denique d. l. fin. in fin. titulo 12. partio 4. pro communi allegatu loquitur, en la muger que se desposiße ante que el año fuisse cumplido, solamente que en este comedio no cumplia el matrimonio, & sic in sponsalia de futuro nondum carnaliter cognita, quia sponsalia de futuro secuta copula transibant attentio iure communi, cap. sic, fidem cum materia de sponsal. in matrim. de presentia, quamvis hodie secus sit attentio Concil. Trident. & ita Gregor. Lopez in d. l. fin. in glossa desposiße, videtur hunc intellectum sentire ad eam l. Regiam dum allegat pro concordant. l. filiz, §. 1. ff. de iur. qui not. insam, vbi dicitur, quæ virum elugeat intra id tempus sponsalia fuisse non nocet, vbi glossa ipsam exponit, scilicet per verba de futuro: nihilominus tamen prior sententia communis tenenda est, quia negari non potest quin potius per consummationem secundi matrimonij, iniuria fiat priori, quam per solam celebrationem secundi matrimonij, absque eius consummatione.

In secundo vero casu præd. nempe quando primum matrimonium non fuit consummatum proculdubio tenendum est cessare poenas secundo nubentium contra Ripam, velate cui alius iure probat Sanch. d. l. 7. disp. 87, in 19 per totum, & merito quæ, quia cum prius matrimonium non fuerit consummatum, ac proinde, ex eo filij minime geniti fuerint, nõ est quisq. cui proprietates bonorum

rum referuanda sit, neque quibus fiat vlla iniuria, ex secundo matrimonio consummato.

Circa secundam speciem matrimonij irriti an sit locus referuationi bonorum quoad proprietatem? Thom. Sanch. d. disputatione 89, d. numero 13, distinguit, vt siquidem, prius matrimonium irritum fuit, locus sit huic referuationi, si ex eo sint filij legitimi geniti ob bonam virtusque, vel alterius fidem secundum Rip. quem citat, secus si præd. filij non sint legitimi.

Si vero posterius matrimonium sit irritum distinguit, Sanch. in hunc modum: vt si tales nuptiæ ignorantur contractæ sint, non sit locus huic poenæ, si autem scienter non incurritur hæc poena, donec iudicis sententia accedat per ea, quæ ibi adducit, remittendo se ad dicta per ipsum eodem lib. disputatione 87, numero 18, & disputatione 90, numero 11, & hanc distinctionem probat aduert. Garroa, in l. prima in noua editione, notabil. 3, numero decimo, C. de secundis nupt. tenentem indistincte incurri hanc poenam, siue scienter, siue ignoranter contractæ sint præd. secundæ nuptiæ.

29 Circa secundum requisitum principale præd. ad hoc vt locus sit huic referuationi de qua agimus, nempe, vt bona sint acquisita ex coniugis prædefuncti patrimonio, dubitatur primo. Quid si vtriusque legatum aliquod relinquitur vxori titulo legati, vel institutionis, aut restitutionis, vel vxor viro, veluti institutionem bonorum, vel quartum iuxta consuetudinem immemorabilem loci, minusue, tenentur coniux, cui relictum est, transiens ad secundas nuptias id referuare filiis prioris matrimonij, necne? Ratio dabitur ex eo, in Auth. ex testamento, C. de secundis nupt. quod si filij prioris matrimonij legat aliquod in suo testamento parenti, si is ad secundas tranferit nuptias, non tenentur id legatum referuare filiis prioris matrimonij, quia tunc capit à filio tanquam ab extraneo, vt infra late dicemus: ergo idem similiter dicendum est in coniuge legante in suo testamento aliquid suo coniugi supersubstitito, vt quamvis hic secundo nubat non tenentur proprietatem huius legati referuare filiis prioris matrimonij.

Nihilominus tamen in præmissa specie tenendum est contrarium in fauorem filiorum primi matrimonij, vt deciditur in l. femina in princ. C. de secundis nupt. ibi: Testamento iure directo, aut fideicommissi, aut legati titulo, quia id titulo lucratiuo habetur ex bonis coniugis præmortui, non enim hæc lex est correctæ per d. Authen. ex testamento, sed in suo robore permanet, estque casus specialis, in quo est deterioris conditionis coniux ille, cui legatum relictum est, quam quilibet extraneus: & in terminis hanc opinionem tenent Oldrad. consil. 33, numero 3. Rip. in d. l. femina in principio, in noua editione, quæstione 19, numero 51. Boer. decif. 185, numero 7, amplians in donatione vnus coniugis alteri coniugis facta, & ex nostris Palat. Rub. in l. 14. Taur. numero 22, & ibi Castilho numero 8. Cifuentes in l. 15. Taur. numero 2, versio, in secundo casu, & ibi Anton. Gom. numero secundo, Matien. in l. 3. glossa 2, numero tertio, titulo 1. lib. 5. noua collecti. Reg. D. Molin. lib. 2. de Hispan. primog. cap. 10, numero 80. Azueved. in l. 4. numero 21, & 29, titulo 1. lib. 5. noua collecti. Reg. Molina Theolog. de Iustitia, & Iur. secundo tom. tractat. 2. disputatione 431, columna 7, versio, dubium est, & secundum hanc receptam, & communem sententiam sæpe in praxi consulumus, eamque nouissime sequitur, & probat Thomas Sanchez d. libr. 7. de matrimonio, d. disputatione 89, numero decimo quarto, estque verissima, & tenenda.

30 Illa tamen quæstio difficilis est in proposito an-

mater binuba tenentur referuare filiis prioris matrimonij, bona, quæ ex substitutione pupillari patris per mortem filij eiusdem matrimonij consequuntur, est? si enim substitutio illa pupillaris censetur testamentum patris referuare, tenebitur iuxta suprad. si vero filij: non tenebitur, quia tunc succedit ex testamento filij: si autem præd. substitutio pupillaris ex testamento sit vtriusque simul, scilicet patris, & filij, maiorem dubitationem quæstio hæc habebit.

In hac quæst. Bald. consil. 42, incip. ad eundem, numero 3, & latius consil. 216, incip. casus talis est per totum, opinatur, non teneri matrem transientem ad secundas nuptias ea bona referuare filiis prioris matrimonij, sed pleno iure ea acquirere quoad proprietatem, & usufructum, ea ratione, quia testamentum illud censetur patris, quoad ordinationem, filij autem, quoad successionem, vere enim per illud succeditur filio, l. Papinianus, §. sed neque impuberi, ff. de iustic. test. & ita fauorabilior via eligenda est, vt succedat mater tanquam ex testamento filij, & hoc dicit singulare Boer. decif. 186, numero 2, sequitur etiam Ant. Gabr. 3. tom. commun. lib. 3, titulo de secundis nupt. concl. 3, numero 24.

Contraria tamen sententia, imo quod in præmissa specie mater secundo nubens tenentur referuare filiis prioris matrimonij bona, quæ habuit ex pupillari substitutione patris vnus filij d. prioris matrimonij, verior proculdubio mihi videtur, & tenenda, quia vera hæc bona censetur mater habere ex propria viti liberalitate: cum potuisset alicui relinquere, exclusa penitus matre, & ideo merito hanc opinionem tenet Garroa, in Auth. ex testamento, in noua editione, numero 15, cum sequentibus, C. de secundis nupt. vbi idem probat in matre, compendio substituta, decedente pupillo intra ætatem pupillarem: & vtrumque sequitur Sanch. d. disputatione 89, numero 15, per totum id limitans, vt procedat in bonis, quæ pupillus ille à patre habuit: secus vero in bonis aliunde quæstis præd. pupillo, ea namque pleno iure retinebit, mater transiens ad secunda vota.

Eadem ratione probat idem Author ibi, numero 16, quod quando coniux consequatur aliquid ex testamento, vel donatione alterius coniugis prædefuncti, non tamen ipse, id minime referuandum est filiis prioris matrimonij, vt in exemplo de quo ibi per eum.

Bona autem, quæ coniux transiens ad secundas nuptias acquisiuit sibi data contemplatione coniugis prædefuncti an tenentur referuare filiis prioris matrimonij? sunt opinioniones, vna habet teneri, altera non teneri, quarum fundamenta congerit Anton. Gom. in l. 14. Taur. cum sequentibus, numero 7, vbi tenet cum Palat. Rub. ibi affirmatiuam, eandem sententiam sequitur Alu. Valasc. consultatione 16, numero secundo, volumine primo, & Molin. Theologus in secundo tom. de Iustitia, & Iur. tractatu secundo, disputatione 431, columna 1161, versio, dubium est.

Nihilominus tamen contraria sententia in hoc & sic negatiua verior, & tenenda est meo iudicio, lex namque priuans coniugem proprietate acquisitorum ex alterius coniugis substantia per transitum ad secundas nuptias, & referuans eam filiis prioris matrimonij est pœnalis, ac proinde loquens in casu vero, vel simpliciter, extendi non debet ad casum fictum, qualis est, vt donata coniugi contemplatione alterius coniugis censetur donata à coniuge, cuius contemplatione donata sunt. Denique, quia l. femina in principio, C. de secundis nupt. inquit: Ex facultatibus priorum maritorum, & statim interius, ibi: Ex bonis (vt dictum est, priorum maritorum: & in terminis hanc sententiam



sententiam tenet Romanus late eam probans *confli. 405. a numero 1. usque ad quartum. Decius in cap. Ecclesia de constitut. in noua editione. numero 123. Guilier. Bened. in vepet. C. Rayninus de testam. verbo qui cum alio numero 199. D. Castillo in l. 15. Taur. colum. 3. num. 2. versic. sed primum versus. Villalob. in suo Exarvio commun. opin. litera B. numero 38. D. Azeued. in l. 4. numero 22. titulo 1. libr. 5. nou. collect. Reg. & est multo verior hęc sententia, vt alios allegans affirmat Thom. Sanch. d. dissertatione 89. numero decimo septimo, eam intelligens procedere quando pręd. bona ita dantur vxori licet contemplatione viri, vt omnino proprietatis acquiratur vxori, fecus vero, quando ita ea bona dantur coniugi contemplatione alterius, verbi gratia, vxori contemplatione viri, vt censetur in p. viro, & non vxori donata, tunc namque nullatenus acquiruntur vxori, etiam quoad vsum fructum, quamuis non secundo nubat, nedum si nubat, sed hereditibus mariti sunt danda, iuxta ea, quę late differimus alibi & post nos idem Sanch. lib. 6. disp. 26. per totam.*

Limito etiam ego eandem communem sententiam, de qua supra, quando maritus traderet aliqua iocalia, vel alia bona sua propria consanguinea, affini, vel amico, vt ea daret vxori, vel e contra: tunc enim cum ea ex substantia coniugis processerint, & voluntate eius per mediam personam alteri coniugi sint donata, coniux ea dono accipiens secundo nubens tenebitur referuare filii prioris matrim. post mortem, iuxta modo dicta ex d. l. Femina in principio, C. de secundis nupt.

Deinde obseruandum est in materia pręd. referuatiõnis, quod iura disponētia bona paterna obrehta ex successione filij a coniuge transeunte ad secundas nuptias referuari debere filii prioris matrimonij intelligenda sunt, quando ex successione paterna immediate, aut mediate prioris successione filij obriuerunt, fecus in ceteris bonis, quę ex paterna substantia profecta sunt mediate, ex successione fratris pręmortui. Hęc namque pleno iure pertinent ad matrem, nec tenetur ea referuare filii prioris matrimonij: hęc est doctrina mirabilis Salic. in Auth. ex testamento paulo post princip. super verbo perueniant. C. de secundis nupt. quam alij sequuntur ex modo citandis Auctores.

Vnde fit, quod coniux filio prioris matrimonij in bonis paternis succedens cum teneatur eorum proprietatem aliis filiis illius matrim. referuare iuxta supradict. si postea alij filio eiusdem matrim. obuenti succedat is coniux in proprietate illa, quam habebat in parte fratris pręmortui, non succedent ceteri fratres eiusdem matrim. sed solum coniux secundo coniugatus, ac eam consolidari cum usufructu, quem is parens habebat, eo quod proprietatem non habuit ex immediata filij successione in bonis paternis, si ex immediata successione illius in bonis fratris, respectu cuius parens non priuatur proprietate per transitum ad secunda vota: & in terminis ita tenent cum Imol. & Floriano Corneus *confli. 286. num. 3. lib. 1. Boer. decis. 192. numero tertio. Garron. in d. Auth. ex testamento noua editione. numero 41. cum sequentibus, dicens, numero 42. sic tenuisse plures Doctores Auinonenses, & ita fuisse sententia iudicum decusum Petr. Barbof. in l. post dotem, numero 76. in fin. ff. solut. matrimonia, quos refert, & sequitur Sanchez vbi supra, numero 22.*

Bona autem, quę perueniant ad filium ex substantia aui, vel aliorum ascendentiũ pręter patrem, aut matrem, parens succedens filio in ea substantia auita secundo nubens non amittit, nec tenetur ea referuare filii prioris matrim. quia rex. in hac ma-

teria referuatiõnis huiusmodi loquentes, agunt tantum de bonis, quę ex substantia paterna perueniunt ad filium, & cum hac materia sit penalis, non est trahenda de vno casu ad alium, nec nomine substantię paterna claudi debet auita, & quia per transitum illum ad secundas nuptias iniuria principaliter infertur memoria coniugis pręmortui non autem alius ascendentiũ, & in terminis ita tenent Barr. in Auth. ex testamento, numero 2. C. de secundis nupt. Guil. Bened. post alios in vepet. cap. Rayninus de testamento, verbo, & uxorem, decisio 3. numero 86. Boerius decis. 192. numero 5. Gregor. Lopez in l. 26. in glossa sincera, C. de titulo 13. parita 5. Anton. Gom. in l. 14. Taur. cum sequentibus, numero secundo, Villalob. in Exarvio commun. opin. litera B. numero 39. Anton. Gabriel. tertio tom. commun. opin. lib. 3. titulo de secundis nupt. conclusio 3. numero 16. Azeued. in l. 4. numero 43. titulo 1. & in l. 6. titulo 9. lib. 5. noua collect. Reg. quos & alios refert, & sequitur Thomas Sanchez lib. 7. dissertatione 89. numero 23. contra Matien. & Molin. Theol.

Quod etiam procedit, licet contemplatione patris fuerint hęc bona acquisita filio, ita vt sint ipsius filij, vt cum Garron tenent Azeued. in d. l. 4. num. 43. & Sanch. d. num. 23. in fine.

Quinimo, & a fortiori parens secundo nubens succedit pleno iure, quoad proprietatem, & vsum fructum in bonis, quę aliunde perueniunt ad filium, quam ex substantia parentum, nempe, quę ab extraneo habuit, aut propria industria comparauit, vt disponit in l. mater 5. C. de Tertul. & in Auth. de nupt. §. hinc nos alia. versic. sed quanta quidem collatione 4. & constat ex proxime dictis, & tenent communiter DD. & quamuis maxima controuersia glossarum, & aliorum sit an hoc indistincte procedat, siue successio in illis bonis filij mortui procedat secundum parentis coniugium, siue illud sequatur, verior, & receptor mihi illa videtur sententia, quę habet in vtroque euentu parentem secundo nubentem in hac specie succedere pleno iure in his bonis aliunde quęritis, quoad proprietatem, & vsum fructum, siue parens secundo matrimonio copuletur ante mortem filij, siue post, vt bene probat plures allegans Sanch. vbi supra, num. 24.

Referuatio autem bonorum quoad proprietatem, quam pars secundo nubens tenetur facere filii prioris matrim. iuxta regulam communem, de qua in hoc capite, locum habet, si tunc debet etiam si filij pręd. non sint hęredes coniugis defuncti, vt quia hereditarij renunciauerint, adhuc namque coniux superstitis transiens ad secunda vota tenetur illis referuare bonorum proprietatem, quę a defuncto coniuge acquisiuit, nisi pręd. filij repellantur a successione ratione ingratitudinis, iuxta tex. expressum in Auth. heres. C. de secundis nupt. quod procedit etiam si pręd. renunciatio sit jurata, quia eadem ratio militat in vtraque secundum Oldrad. *consil. 294. numero 3. Boer. decis. 185. numero 18. intelligi tamen debet hoc, quando post renunciationem illud lucrum superuenit, fecus si renunciationem tempore iam acquisitum esset, vt cum Decio, & Ripa docet Sanchez d. lib. 7. dissertatione 89. numero 25. vbi agit, quare ingrati filij ab hoc lucro excludantur, idemque probat in aliis filij incapacibus successioneis, nempe vt si professi essent in ordine Minorum, item agit qualis ingratitudi filiorum requiratur, vt hęc referuatiõnis locus non sit, & quis tunc succedat.*

Circa tertium requisitum ad hoc vt pręd. referuatio locum habeat, de quo supra, nempe quod bona sint a coniugis defuncti substantia superstiti patris, lucratiuo, obseruandum est ex hoc recte deduci,

duci, acquisita, tit. oneroso, vt ex contractu, effici coniugis superstitis omnino propria, nec proprietatem amitti per secundas nuptias, vt etiam constat ex *Asimina in principio. C. de secundis nupt.* ibi, donationibus factis, vel cuiuslibet munificę liberalitatis pręmio, & tradunt omnes communiter DD. proculdubio, & tenent plures referens Azeued. in l. 4. num. 27. in l. 5. nou. collect. Reg.

Hinc se offert pulchra dubitatio circa arras a viro promissas mulieri, an eo defuncto relictis filii illius matrimonij melius teneatur habens tenentur illis proprietatem arrarum referuare, vel possit de eis libere disponere inter filios, vel aliquem eorum meliorare? si enim donatio arrarum non est simplex, sed remuneratoria in pręmium virginitalis, nobilitatis, vel ob aliam causam (prou. fieri solet) videtur non teneri referuare, quia huiusmodi donatio facta vxori remuneratoria, non referuatur filii prioris matrimonij, vt cum aliis docet Anton. Gabr. 3. tom. commun. opin. lib. 3. tit. de secundis nupt. *consil. 2. num. 39.* non enim dantur hęc arras ut, lucratiuo, sed oneroso, in compeniam pudicitię, quam vxor viro prostituit, & dotis ab eo recepit, vt latē dixit Thom. Sanch. lib. 6. de matrimonio, disp. 27. num. 3. & 4. Deinde, quia communiter arras deducuntur in pactum ad instar contractus onerosi, nec aliter conuenire vult vxor, vel parentes eius ad matrimon. nisi tot arras promittantur, & quamuis principium videatur esse voluntarium, nihilominus tamen idem videmus in dote: & tamen eam non tenetur vxor referuare filii prioris matrim. & ita, his rationibus hanc sententiam in terminis arrarum, quod eas quoque vxor vidua si secundas contrahat nuptias non tenetur referuare filii prioris matrimonij, probabiliter tenent Aluar. Valafe. *consultatione 16. num. 6. & Molin. Theol. 2. tom. de Infortiis, & lere. dissertatione 431. in vers. contrarium. columna m. b. 1162. addeus,* quod quando sponsa relictis artis eligeret sponsalitiã largitatem, vt sibi conceditur l. 52. Taur. *hodie l. 4. tit. 2. libr. 5. noua collect. Reg.* tunc non tenetur vxor referuare filii prioris matrim. sponsalitiã largitatem quoad quantitatem valoris pręcise, qui artis responderet, quia quoad eum valorem, vim arrarum haberet materia proposita.

Si vero donationem arrarum voluntariam esse dicamus, ipsa non habebit ex titulo oneroso, sed potius lucratiuo, ac proinde vidua secundo nubens tenebitur referuare arras primi mariti filii illius matrimonij, inter ipsosque sicut æqualiter diuidendę ex testamento, aut ab intestato, nec poterit ex pręd. arras insinuerare maioratum, aut meliorationem in quemquam eorum filiorum facere, vt prædiximus supra in hoc capite, & vltra ibi dicta, hanc secundam sententiam tenent, & probant in terminis Palat. Rub. in rubrica de donat. inter vir. & vx. §. 67. num. 17. versic. sed re vera. & in l. 14. Taur. num. 10. & 11. Roder. Suarez in sep. l. quoniam in prioribus, in declaratione l. Reg. in mutatione 10. num. 2. C. de missis testamento, & in l. tit. de las arras. lib. 3. for. numero 73. amplians suę viri dedit arras, siue alius nomine viri. Villalobos in suo Exarvio commun. opin. litera A. verbo arra. numero 25. in fine. D. Molin. Liruit. de Hispan. primogen. lib. 2. c. 10. numero. 62. nos lib. 2. practice. q. 18. in fin. & lib. 3. q. 43. num. 25. Ayota de partition. 3. parte. q. 15. Azeued. in l. 4. num. 6. tit. 1. lib. 5. nou. collect. Reg. ag. de meliora. l. 2. glof. num. 11. & hęc est probabilior, & communior sententia secundum Thom. Sanch. d. lib. 6. disp. 41. num. 3. qui eam sequitur. Quid tenendum?

Ego hęc secundam, vt semper tenui, & nunc teneo atque libenter probo vt veriorē, & magis communem, a qua in iudicando, & consulendo non

est recedendum: vxor siquidem tenetur referuare filii prioris matrimonij quicquid habuit a viro causa nuptiarum, puta sponsalitiã largitatem, donationem propter nuptias, vel aliorum bonorum, vt cauetur in d. l. Femina. C. de secundis nupt. ibi. Quidquid ex facultatibus priorum maritorum sponsalium iure, quicquid etiam nuptiarum solemnitate percepit: rex. in Auth. in donatione eodem titulo. & in l. 1. titulo 2. lib. 3. for. ex quibus ita tenet Anton. Gom. in l. 15. Taur. num. 3. & Matien. in l. 3. glof. sa 2. num. 4. titulo 1. lib. 5. noua collect. Reg. inferentes ex eo, quod hodie in isto Regno talis mulier referuare tenetur filii prioris matrimonij omnia illa, quę tempore sponsaliorum sibi fuerunt data, & donata a sponso, secundum formam & dispositionem l. 52. Tauri: tandem pro hac parte est l. 26. tit. 13. parita 3. ibi, las arras, y las donaciones que el marido finado le ouese dado, en su voluntad sus hijos del primer marido. & ibi Gregor. Lopez in glossa sincera sua sijos. Vnde teneo contra Molin. Theol. vbi supra, numero 151. sponsa relictis arras soluto matrimonio, eligeret sponsalitiã largitatem virtute electionis sibi data a pręd. l. 52. Tauri. infra terminum 20. dierum, de quo in eadem l. tenebitur eam referuare filii prioris matrim. sicut tenetur etiam referuare eisdem præfatas arras si eas potius eligeret sibi, quam sponsalitiã largitatem, quia quoad valorem eius, vim arrarum habet, vt etiam tenet cum aliis Sanch. vbi supra, num. 24. in principio, non obstant fundamenta prioris partis.

Quia ad primum respondemus, verum esse de donatione remuneratoria debita ex lege iustitię, qualis non est donatio arrarum: ad secundum negamus dari arras ex contractu oneroso, quia licet dentur in pręmium pudicitię, non sunt debite ex rigore iustitię, sed proficiuntur ex spontanea mariti voluntate, & conuentione partium voluntaria. Ad tertium, & vltimum, quod quamuis arras deducantur in pactum, at principium promittendi est voluntarium nullo iure ad id cogentę, quod fecus est in dote, vt late hanc differentiam inter arras & dotem probat Sanch. d. num. 24. ad fin.

Ex quibus videtur minus recte tenuisse Palat. Rub. in d. l. 14. Taur. numero 8. quem refert, & sequitur Didac. Perez in l. 6. titulo 2. lib. 4. Ordinament. columna 137. versiculo nec talis mulier, dum tenet, quod si vir plebeius aliquid donauit vxori nobili, non tenetur illud referuare filii prioris matrimonij, quamuis ad secundas transeat nuptias, sed potest libere de eo disponere, quia non habet titulum lucratiuo, sed potius oneroso quasi ex quadam permutatione nobilitatis cum pecunia, vel aliar. idemque probat de qualibet donatione remuneratiua, hoc namque iure procedere non potest iuxta supra, in aris, in quibus contractus sibi meti videtur in hoc Palat. Rub. ideo teneo in vtroque pręd. secundam magis communem sententiam.

Deducitur etiam ex supradictis, quod in his, quę a viro habuit filius a parente defuncto tit. oneroso succedit coniux superstitis transiens ad secundas nuptias pleno iure, nempe in proprietate & usufructu, nec tenetur ea referuare filii prioris matrimonij, vt recte probauit Garron in Auth. ex testamento in noua editione, numero 29. C. de secundis nupt. quem refert, & sequitur Thom. Sanchez d. lib. 7. d. disp. 89. num. 28.

De lucris autem quęritis durante matrim. inter virum, & uxorem, cum censentur pręd. bona labore vtiusq; coniugis acquisita, & sic ite. potius oneroso, quam lucratiuo, merito quod in his referuatio pręd. locum non habeat, sed pleno iure quoad proprietatem, & vsum fructum fiat vtiusq; & de his libere disponere possit inter filios absq; vlla obligatione



referuatiōis proprietatis filii prioris matrim. ita tenent, & probant Rip. in d. l. Famina in principio, in noua editione, q. 22, num. 39. C. de secundis nupt. Ioan. de Palat. Rub. in l. 14. Taur. numero 5, & ibi Castill. num. 2. Ant. Gom. num. 3. & Tello num. vnc. D. Cozar. in q. de spons. 2. p. c. 3. §. 9. num. 8. Gomez Arias in l. 12. Taur. num. 3. Pinet. in l. 1. m. 1. p. num. 37. C. de bon. mater. diximus lib. 2. pract. q. 93. num. 21. Azeued. in l. 6. num. 7. & ibi, Matien. gloss. 2. num. 2. in g. lib. 5. nou. collect. Reg. & nouissime Thom. Sanch. d. lib. 7. disp. 89. num. 29. quibus apparet hanc esse veriorē, & magis communem, & receptam sententiam contra Cifuent. in d. l. 14. Taur. num. 1. & Mencha. de success. creat. lib. 1. §. 1. num. 25. in fin. hodie præd. magis communis sententia contra Cifuent. & Mencha. ubi supra expressè approbatur in d. l. 14. & sic res est proculdubia.

42. Alia autem bona, & lucra, quæ coniux superstes lucratur ex patrimonio defuncti, ita disponente lege, statuto, aut consuetudine referuntur filii prioris matrimonij coniuge transeunte ad secundas nupt. vt cum communi, veriori, & receptiori sent. DD. aduersus Bald. & alios resoluimus lib. 2. pract. q. 95. num. 20. & post nos plures citans nobiscum idem probat Sanch. d. disp. 89. num. 30. & 31.

43. Vbi num. 32. aliud probat de eo, quod coniux lucratur ex pacto mutuo inter ipso inito, vt superstes altero defuncto lucratur certam alterius bonorum partem, nempe vt hoc non sit referuandum filii prioris matrim. per transitum ad secundas nupt. & bene contra nonnullis.

Quarta autem bonorum coniugis prædefuncti debita superstiti pauperi iuxta dispositionem tex. in Auth. præterea. C. unde vir & ux. §. l. 7. titulo 13. partit. 6. referuari debet in omni euentu filii prioris matrimonij filie coniux ille superstes transeat ad secundas nuptias siue non, quia hoc non est inductum in penam secundarum nuptiarum, sed quia eadem Auth. præterea, quæ in hoc consulit paupertati coniugis superstitis, simul præcipit præd. quartam referuari filii prioris matrimonij, ibi: vt tamen eiusdem matrimonij liberis proprietatem seruet, & extiterit, ita cum Ang. de meiorat. l. 2. gloss. prima. num. 7. obseruat Sanch. ubi supra. numero 33. & quamvis d. l. Regia 7. hoc omiserit, non tamen ideo correxerit censendum est ab ea, iuxta optimas doctrinas à nobis adductas lib. 3. pract. quæstione 15. numer. 34. cum pluribus sequentibus, quæ huic proposito optime deferunt, quibus fit, vt etiam stante præd. l. Regia, quæ hoc non corrigit, sed potius omisit, etiam hodie in casu d. Auth. præterea, illa quarta pars in proprietate referuari debeat præd. filii prioris matrim. vt nuncupatim cauetur in d. Auth. præterea in verbis prænaratis.

44. Circa vltimum requisitum referuatiōis bonorum, nempe quod superstiti filij ex priori matrimonio, hinc proculdubio fit, filius non extantibus prioris matrimonij coniugem transeuntem ad secundas nuptias non amittere proprietatem bonorum à coniuge defuncto sibi relictorum, & constat ex sepe allegata l. famina in principio; C. de secundis nupt. ibi: Famina, quæ suscepti ex priori matrimonio filius: & in Auth. de nupt. §. si vero expectat collatione 4. ibi: Si quidem non habeat filios, sine periculo est, &c. Et in eadem Auth. §. prima si quidem, versic. si videtur, ibi: Si igitur sine filijs manserint, & in l. generaliter in principio, C. de secundis nupt. ibi: Liberis communibus, &c. præd. namque referuatiō in fauorem filiorum prioris matrimonij introducta fuit: nimirum ergo si illis non susceptis, cesset fauor.

45. Id quod procedit ex mente expressa eiusdem iuris, etiam si coniux defunctus liberos relinquat

ex alio matrimonio; non enim tenetur coniux superstes ea bona illis referuari, & in terminis ita tenent Philip. Corneus consil. 242. num. 6. in fin. volumine 2. & Rip. in d. l. famina, §. illud, numer. penultimus, dubio 4. C. de secundis nupt. quos sequitur Sanchez ubi supra. num. 34.

Idem est secundum communem sententiam, 46 quando filij suscepti sunt ex priori matrimonio, & omnes in vita parentis mortui sunt absque proles tunc namque etiam parens superstes succedit in his bonis pleno iure, & proprietates consolidatur. cum vsufructu. siue filij præmortui prioris matrimonij ab intestato, vel cum testamento decesserint, absque prole tamen, vt prædiximus, ita tenet Bart. consil. 34. in fin. volumine 1. & in aliis quamplurimis locis citatis ab infra allegandis Authoribus, quos congerit Thomas Sanchez d. lib. 7. disputatiōe 89. numero 37. & quorum numero constat hanc esse receptissimam sententiam, aduersus alias quas num. 35. & 36. reculerat; hanc latissime probat; defendit, & sequitur. post Anton. Gom. in l. 14. Taur. numero primo, Tello Ferdinandez in l. 6. Taur. numero 19. in fin. Villalob. in suo Errario communi. opin. litera. B. num. 40. Matien. in l. tertius. glossa secunda. numero 15. Zevallos in suis Pract. quæstionibus, quæstione 671. numero vnc. Quare idem erit quando superessent vnicus, vel plures filij, sed omnes incapaces, vt est prædictum. Addit Sanch. ubi supra. num. 39. & bene cum Guiljerm. Bened. pro intellectu l. 6. Taur. hodie l. 1. titulo 8. lib. 5. nou. collect. Reg. donantis posse filium carentem descendentes disponere de tertio bonorum suorum in præiudicium suorum ascendentium: non esse extrahendum præd. tertium ex parte proprietatis, quam parens eius binubus referuari ei tenebatur, sed ex solis bonis propriis illius filij decessentis cum testamento: & per mortem filij proprietatem, quam habebat in bonis patris, quam idem parens ob secundas nuptias amiserat perire omnino ad parentem, quia illa priuatus fuerat.

Fructus autem pendentes, hoc est nondum percepti tempore mortis patris illorum bonorum, quæ propter transitum ad secundas nuptias referuari tenentur filii prioris matrimonij, ad ipsos quoque pertinebunt, quia vsufructuarius (prout erat præfatus pater eorumdem bonorum) non transmittit ad heredes fructus nondum perceptos, nec illos facit suos, l. si fur. §. l. defuncta. ff. de vsufruct. l. si vsufructuarius mortem, ff. quemadmodum vsufruct. amittatur, §. si vero. Insinuat de rerum dotal. ita tenent Cassan. in consuet. Burgund. rubrica 6. §. 7. in fine. Auendan. respons. 5. numero 7. in vers. ex ista conclusiōe. D. Azeued. in l. 4. numero 56. titulo primo. lib. 5. nou. collect. Reg. quos sequitur Sanch. ubi supra. num. 40. est que verissimum.

Plures tamen sunt in iure casus, in quibus parens transeuntes ad secundas nuptias non tenentur referuari filii prioris matrim. bona ex coniugis substantia prædefuncti habita, qui sequuntur.

Primus, & præcipuus est, quando filius decessens testatur, & instituit parentem heredem bonorum, quæ à parente defuncto consequutus est: tunc namque parens ille superstes transeuntes ad secundas nuptias succedit pleno iure in illis bonis quoad proprietatem, & vsufructum, atque potest de illis disponere, sicut de aliis propriis, quæ tunc pater bona illa capit in stat extranei, tex. in Auth. ex testamento. C. de secundis nupt. §. in corpore, vnd sumitur, nempe in Auth. de nupt. §. hinc nos, versic. si videtur collatione 4. capit namque ex voluntate expressa filij offensi per secundas nuptias, propter quod remissa videtur propria offensam facta, vel facienda, siquidem simpliciter, & pure

pute absque aliqua distinctione patrem heredem instituit in illis bonis: idemque est dicendum eadem ratione. primo, si filius illi titulo legati, vel fideicommissi reliquat ea bona parenti, vt in d. §. hinc nos, versic. figuratur, ibi, ita & patri reliquens siue institutionem, siue legatum, &c. Secundo si in codicillis filius parenti reliquat, vel donet inter viuos secundum Garroñ, in d. Auth. ex testamento in noua editione. numero 11. cum 3. sequentibus. Anton. Gabriel, in tertio tom. communi. opin. lib. 3. titulo de secundis nupt. conclusiōe 3. numero 20. cum sequentibus, & quando per donationem, hoc etiam probant, docent & tenent Anton. Gom. in d. l. 14. Taur. num. 2. Matien. in l. 3. gloss. 2. num. 15. & ibi Azeued. numero 4. tit. 1. lib. 5. nou. collect. Reg. & omnia præd. simul Sanch. ubi supra. numero 41. nec distinguendum est in hac specie an filius decessat ante secundas nuptias, vel post eas, vtroque namque casu parens secundo nubens non tenetur referuari præd. bona filii prioris matrim. vt late cum communi probat Sanch. ubi supra. num. 44. & Azeued. in d. l. 4. num. 39.

Secundus casus est, quoties filij prioris matrimonij consenserunt secundis parentis nuptiis, tunc namque cessat prædict. bonorum referuatiō, ita tenent gloss. in Auth. de non elig. 2. nubent. colum. 1. in principio, verbo copulatur, & ibi Angel. numero 8. Cifuent. in lib. 5. Taur. numero 2. hinc, 1. & ibi D. Castill. colum. vltim. numero 15. vers. vnum tamen. & Anton. Gom. numero 6. in vers. & idem etiam est. Padill. in l. dum donantis, numero 5. C. de transact. Didac. Perez. in l. fin. tit. 1. folio 54. in vers. idem tenetur lib. 3. Ordin. Matien. in l. 3. gloss. 2. numero 43. tit. 1. lib. 5. nou. collect. Reg. Aceue. in l. 4. numero 36. eiusdem tit. & hæc est communis omnium sentent. secundum Thom. Sanch. d. l. 7. de matrim. dispur. 89. num. 43. vbi plurimos eam tenens refert eamque probat, & vltra eum Menoch. consil. 626. num. 1. cum sequentibus, volum. 7. & communem eam appellat Doctorem sententiam Fachineus lib. 3. controu. cap. 65. in princ. col. 100. in fin. & in vers. 2. conclus. col. 401. & ampliat Sanch. ubi supra. in fin. d. numero 43. cum Boer. etiam quoad penas anni luctus, eandem communem dicit Marc. Ant. Peregr. consil. 78. num. 9.

Contra hanc communem late tenet, & insurgit Sarmien. l. 1. solut. interp. cap. 4. per totum, vbi limitat, nisi expresse filij prioris matrim. vltra expressum suum consensum dicant se remittere ius, quod in illis bonis habent, eandem sententiam contra communem cum Angel. consil. 306. & Decio consil. 309. numero 7. tenent nouissime Fachin. ubi supra. versic. 2. conclus. & in versic. iam quid mihi videatur, vbi citat eiusdem opin. Auth. Sarmien. ubi supra. eamque probat in versic. sequentibus. nihilominus tamen communis conclusio est vera, & proculdubio tenenda in iudicando, & consulendo, & fundamentis contrariis satisfacit Sanch. ubi supra.

51. Nec sufficit in hoc tunc consensus filiorum, veluti, quando filius nunquam conuictus est de secundis parentis nuptiis, sed semper tacuit, vel quando filii valde diligebant vitricum vel noueram, vel alias, sed expressus consensus filiorum requiritur, vt late cum aliis contra alios merito probauerit Sanch. ubi supra. num. 44. & Marcus Ant. Peregr. d. consil. 78. n. 1. & 17. & Fachin. ubi supra. versic. 2. conclusiōe, in fine versic. iam quid mihi: quidquid contrarium teneat cum aliis Menoch. d. consil. 626. n. 7. cum sequentibus, nempe tacitum consensum in hoc sufficere, vt in exemplis de quibus ibi per eum: hoc priorem opinionem probat, & sequitur Azeued. in l. 4. n. 36. titulo primo. lib. 5. nou. collect. Reg. vbi limitat.

Si autem aliqui filii prioris matrimonij annuant secundis parentis nuptiis (expresse scilicet) alij ve-

ro reseruant, euitant parens secundo nubens penas quoad annuentes expresse solos, quibus non tenetur referuari proprietatem bonorum ex substantia parentis defuncti acquiritorum, secus tamen quoad tenentes, vt tenent Garroñ late probans in Rubrica de secundis nuptiis, remedi. secundo ad euandus penas in noua editione, numero 121. Didac. Perez ubi supra. columna antepenult. Azeued. in dict. lib. 4. numero 36. titulo primo, lib. 5. nou. collect. Reg. & cum eis Sanchez ubi supra. numero 43. vbi numero 46. quod si superstitis filij decesserint, satis esset nepotum consensum, secundum Garroñ. Didac. Perez, & Menoch. quos ad hoc ibi citat, idem ego libenter probo.

Requiritur vero, ad hoc vt filij, vel nepotes consentientes secundis nuptiis parentum sibi præiudicent in proposito, quod sint puberes, & certiores facti, non enim impuberum consensum tanquam in ætate consilij ignara præstitus sufficeret, vt probant Boer. decisioe 135. numero 23. Baec. de non melior. rat. dot. filia. cap. 10. num. 57. Peregrin. ubi supra. num. 11. versiculo alia, Sanchez ubi supra. num. 47.

Vbi quod non sufficere licentia tutoris, hæc conclusus ab ipso præstitus, cum inferat graue præiudicium pupillis, vt late probat Garroñ, ubi supra. numero 122. vers. an si filij, quamuis contrarium probare videatur Anton. Gabriel, ubi supra. lib. 3. com. opin. titulo de secundis nupt. conclusiōe 1. num. 36. cum Bertrando, quem refert, sed primū reputo verius: intelligenda tamen sunt hæc quando filij minores 25. ann. & sic puberes consentiunt secundis nuptiis parentis propter iustas causas secundum Angel. consil. 306. numero 4. & Menoch. consil. 237. numero 21. lib. 3. quos ad hoc refert Fachin. ubi supra. d. lib. 3. consou. cap. 65. versic. tertius conclusio.

Vbi in versic. 2. conclusio, iuncto versic. iam quidem 54. mibi, secus esse dicit, & probat quando filij minores, vt supra, consensum præbent secundis nuptiis parentis nulla iusta causa ad id eos impellentē, regulariter namque est quod si minor 25. ann. lædatur in actu à se celebrato etiam cum consensu sui curatoris, postit restitui in integrum, secus vero si non lædatur, vt puta: quia consulex imita, & honesta sibi que alioqui valde id fecerit.

Vt in terminis donationis gratiæ tradit D. Molin. de Hispan. primogen. lib. 2. cap. 3. num. 32. & late de hoc agit Thom. Sanch. de matrim. lib. 4. disputatiōe 9. num. 16. folio mibi 78. cum sequenti.

Illud tamen in proposito obseruandum esse censet, non requiri in filijs puberibus consentientibus expresse secundis nuptiis sui parentis, quoad amittendam præd. referuatiōem bonorum de qua agimus, scientiam illius iuris referuatiōis bonorum, quod amittunt per præstationem præd. consensu, quia est ignorantia iuris, quæ in foro exteriori minime excusat: reg. ignorantia de reg. iur. in 8. cum siml. & quamuis ea excuset in foro conscientie, vt probat Sanch. lib. 10. de matrimonio. dispur. 32. numero 10. veruntamen neque in hoc foro conscientie videtur non desiderari scientiam illius iuris, quia cessatio huius pænæ cum filij consensum, non immitit tacita remissione filius, sed cessatione causæ, quæ est filij irrogata (vt non semel prædiximus) quæ nullo modo infertur scienti celebrari secundas nuptias, & libere consentienti, ita subiliter, & vere meo iudicio existimat idem Sanch. d. lib. 7. disputatiōe 89. numero 47. prope fin.

Secundo obseruandum est ex eodem Auth. ibi 57. dem. num. 48. cum Garroñ. præd. consensum expressum filiorum prioris matrim. secundis nuptiis parentis superstitis præstitum, nihil operari: quoad alias penas secundo nubentium, quæ non sunt ita



totæ in filiorum fauorem: quare, si vir legatum relinquit uxori sub conditione abstinentiæ à secundis nuptiis nihil operabitur consensus filiorum nec expressa remissio, quia talis iniuria per transitum ad secundas nuptias contra expressam testatoris voluntatem, irrogatur principaliter ipsi testatori. ipsiusque fauorem concernit conditio illa. Unde dicta filiorum licentia operatur in penis legalibus concernentibus filiorum fauorem, & in bonis absque ea conditione relictiis, non vero in cæteris quæ illum non concernunt, nec libere relinquuntur, sed cum prædicta expressa conditione secundo non nubendi.

58 Tertius casus principalis in quo non habet locum, imo cessat obligatio præd. reservationis bonorum est, quando coniux defunctus consensum præstitit superfluit ad secundas nuptias transeundi, quia tunc, & eo casu cessat iniuria quæ alias inferretur prædefuncto ex celebratione secundarum nuptiarum, ob quam iniuriam introductæ sunt penæ secundo nubentibus absque prædicta licentia, ita tenet Bald. consil. 42. ad euentiam, numero 1, volumine 3. & in l. situm quem, numero 4. C. Famil. erectund. & alij quamplurimi, quos refert. & sequitur dicens non esse recedendum ab hac communi omnium sententia Thomas Sanchez d. lib. 7. dissertatione 89, numero 49, inter quos Anton. Gomez, Matienç, & alios plures Au. hores huius Regni. & nos in l. nemo potest, numero 17. ff. de legat. primo, atque Azueed. in l. 4. numero 37. titulo primo, lib. 4. nov. collect. Reg. contra Sarmient. d. lib. 1. sect. 1. cap. 4. numero 3. cuius sententiam insequatur etiam Fachin. d. lib. 3. contrauersar. cap. 65. vers. quarto, pro quibus faciebat gloss. in Aulicent. de nupt. in principio, verbo siue vir: sed nihilominus prior sententia verior, & communis atque omnino tenenda est in iudicando & consulendo proculdubio, quæ procedit etiam si intra annum luctus vidua cum consensu mariti secundo nubat, ut probauimus vbi supra, & nos sequitur alios allegans Sanchez qui supra, numero 50, vbi quod hoc hodie proculdubio procedit stante iure Canonico, de quo supra.

59 Et quamvis plures Authores, quos ibi citat Sanchez, num. 51. teneant, satis esse licentiam expressam, vel tacitam viri, vel uxoris, ut alter coniux superfluitas ad secundas nuptias euitet penas, de quo etiam pro & contra plura adducit Peregrin. d. consil. 78. cum sequentibus: verius tamen esse censéo non sufficere in hoc tacitum consensum coniugis ex supra dictis in simili casu consensus filiorum, nisi secundum Sanchez, ibidem, num. 51. coniecturæ taciti illius consensus valde aperta sint, ita, vt de eius voluntate dubitari nequeat, in casu sequenti.

60 Nempe legante coniuge aliquid coniugi superfluiti casu, quo transeat ad secundas nuptias, tunc coniugem superflitem habiturum id legatum plene, quoad proprietatem, & vsum fructum, nec tenetur transtiens ad secundas nuptias aliquid referuare filiis primi matrimonij, quia illa est licentia transeundi impune, quoad illud legatum, ita tenet Bald. in l. prima, numero 6. C. de secundis nupt. & alios referens Sanchez, d. lib. 7. dissertatione 89, numero 52, vbi quod procedit etiam si intra annum luctus coniux secundo nubat.

61 Non tamen sufficit secundum ipsum ibidem numero 53. cum alijs, si vir concedat uxori facultatem amplam disponendi in vita, vel in morte, de legatis à se relictiis, qui in tali facultate non obstante si transeat ad secundas nuptias, non poterit de proprietate illius legati disponere, sed filijs prioris matrimonij referuabitur.

62 Licentia tamen expressa concessa à coniuge transf-

eundi ad secundas nuptias, sufficit, vt superflites possint impune transtire ad tertias, vel vteriores nuptias, vt bene probat Ripa in rubrica de secundis nupt. numero 12. in vers. contrarium videtur verius, quem refert, & sequitur Sanchez vbi supra, num. 54.

Sufficitque in hoc solus viri consensus transeundi ad secundas nuptias, vel è contra absque consensu filiorum, vt est communis sententia secundum Corral. lib. 3. Miscellan. cap. 1, numero 12. & Azueed. (qui alios plures refert) in d. l. 4. num. 37. vbi quod ea est seruanda contra Corral. vbi supra tenentem consensum filiorum etiam ad hoc requiritur nihilominus tenenda est præd. communis sententia, quia potest pater præiudicare filiis, ex quo solum eis in quandam consequentiam ob illam viro iniuriam acquiritur proprietates doctorum bonorum, vt bene obseruauit Menoch. consil. 155, numero 33. in solutione ad tertium, volum. 2. & cum alijs tenet etiam Thom. Sanchez vbi supra, num. 55.

Addens ex Garçon sufficere hanc licentiam non tantum in bonis, quæ immediate habuit coniux ab alio coniuge, sed etiam in his, quæ habuit ab ipso, medio filio, cui successit.

Ex quo non est audiendus Rip. in l. femina in principio, questione 11, numero 27. sentiens patrem commensum solum nocere filiis, quando sunt hæredes patris, secus, si non sunt hæredes, in diffinitio namque est tenendum cum præfata communi sententia ex ratione modo dicta.

Denique pro complemento huius tertij casus obseruandum est, credendum esse coniugi dicenti aliqua bona que alter ab ipso acquisiuit, non titulo lucratiuo, sed oneroso acquisiisse, ad hunc effectum, non transtiens ad secundas nuptias teneatur ea bona referuare filiis prioris matrimonij, sola namque eius voluntas satis est, vt alter libere acquirat, & absque hoc reservationis onere, vt cum alijs tenet Simon de Preçis, de interpretatione vltim. volunt. lib. 1. interpretatio 1. circa legata dubio 10, num. 121. quem refert, & sequitur Sanchez, vbi supra, num. 17.

Quartus casus est, quando femina transtiens ad secundas nuptias est minor, tunc namque non amittit proprietatem per transitum ad secundas nuptias, nec tenetur eam filiis prioris matrimonij referuare secundum Soein. in regula 272, numero 3. Boer. decif. 185. in fin. Villalobos in suo Arario commun. opin. litera B, numero 30. Anton. Gabriel tom 3. commun. opin. lib. 30. de secundis nupt. conclusio 1, numero 46. sed nullo iure probatur hæc limitatio, & ideo merito contra eam tenendum est, quia hic non agitur de damno euitando, sed de lucro euitando, quo euentu minor atas nihil prodest, & ita tenent Cifuent. in l. 15. Taur. numero 2. limitatione 3. Aueed. in d. l. 4. num. 38. quamuis aliquantulum trepide id affirmet Cifuent. sequitur etiam hanc secundam sententiam Sanchez, vbi supra, numero 58.

Quintum casum referunt nonnulli quando filius moritur post pupillarem ætatem, & deducunt ex Paulo de Caltr. in l. omnia, num. 2. C. ad Terent. sed vere id non dicit, quia loquitur in alio casu; quare tenendum est, locum esse huius reservationis, siue filius decedat infra, vel post pupillarem ætatem, vt probant Cifuent. in d. l. 15. Taur. num. 2. limitatione 4. Azueed. n. 40. & 41. & Sanchez, n. 59. vbi supra, necnon & Fachin. d. lib. 3. contrauers. c. 65. in vers. porro ex.

Sextus casus est, si coniux de licentia Principis ad matrimonium secundum transeat, tunc namque eximitur ab hac, de qua agimus, bonorum reservatione ex tex. in l. solet 10. ff. de his qui nos. infam. ibi solet à Principe impetrari, vt intra legitimum tempus mulieri nubere liceat, in illa gloss. ibi, verbo liceat, & in terminis ita tenent Angel. in repetitione l. mater n. 3. C. ad

C. ad Terent. Dec. in l. numero 20, & 21. C. de secundis nupt. Anton. Gom. cum communi in l. 15. Taur. numero 6. ad fin. Boer. vbi supra, numero 25. & Anton. Gabriel vbi supra, d. conclusio 1. de secundis nupt. numero 25. Azueed. in d. l. 4. numero 36. & est omnium sententia secundum Fachin. vbi supra, licet ipse contra eam teneat.

69 Septimus casus est in donationibus factis matri conuolanti ad secundas nuptias per extraneum aliquem durante primo matrimonio. bona enim talis donationis factæ ab extraneo non tenentur mater referuare filiis prioris matrimonij, vt cum communi proficitur Ripa in d. l. femina, numero 35. C. de secundis nupt. & Azueed. vbi supra, numero 41. & 42. vbi id ampliatur etiam si talis donatio matri facta fuerit contemplatione primi viri, donatum Decium in d. cap. Ecclesia Sancta Maria, numero 31.

70 Octauus casus in quo parens superflites secundas contrahens nuptias non tenetur referuare filiis prioris matrimonij, est in successione aut, aliusve ascendenti, vel alterius personæ quam patris, non enim tenetur coniux hic binubus referuare filiis prioris matrimonij, nisi bona, quæ filio huic à patre suo prouenerunt, secus vero, ea quæ ab auctore, vel ab alio ascendente quam à patre acquisita fuerint eidem filio decedenti, etiam si patris contemplatione acquisita fuerint filio, siue talis filius moriatur antequam mater transeat ad secundas nuptias siue post, vt supra diximus, & resoluimus, & cum communi etiam probat Azueed. in d. l. 4. numero 42. & 43. titulo 1. lib. 5.

71 Nonus est, quoties alij filij prioris matrimonij non supersunt, vt supra etiam diximus, & cum alijs probat Azueed. vbi supra, num. 44. & 45.

CAPITVLVM CX.

De vidua fornicante, an incidat in penas secundum nubentium? & an hoc casu sint correctæ iure Canonico?

SVM MARIVM.

1 Pena secundo nubentium, non sunt correctæ iure Canonico quatenus comprehendunt viduum fornicantem.

2 Vidua fornicans intra vel post annum luctus incurrit penas iuris.

3 Vidua luxuriose viuens, amittit suam medietatem lucrorum, constante matrimonio acquisitionum, Et quomodo hoc intelligatur, numero 4.

4 L. 5. in fin. titulo 9. lib. 5. non. collect. Reg. intellectus.

5 Vidua semel fornicans, siue cura vel post annum luctus, non amittit dotem.

6 Pena imposita vidua luxuriose viuenti non debetur in foro conscientie ante condemnationem.

7 Vidua secundo nubens an amittat legatum sibi relictum à marito, si, vel donec, caste, & honeste vixerit? Et an idem vel secus sit in relicto à filio prædefuncto, vel à patre aut ab alijs consanguineis ipsius viduæ, n. 9.

8 Et quid in legato vsum fructum vidua facta à marito donec caste, & honeste vixerit, eo adiecto, quod si ad secundas nuptias transtierit, legat ei centum? numero 10.

9 Vidua luxuriose viuens priuatur proprietate bonorum ex prioris vite substantia acquisitionum, & tenetur ea referuare filiis prioris matrimonij.

10 Et quid in foro conscientie? numero 12.

11 Vidua luxuriose viuens an incurrat penas, in quas incurrit vidua luxuriose viuens?

- 14 Interdictio bonorum, qua fieri debet vidua luxuriose viuenti, non fit vidua huiusmodi.
- 15 Vidua luxuriose viuens amittit vniuersam filiorum, Secus in viro fornicante, num. 16.
- 17 Vidua luxuriose viuens retinendo tutelam ante iudicium condemnationem, an peccet?

Poenæ secundo nubentium, iure Canonico non sunt correctæ, quatenus comprehendunt viduum fornicantem, lus namque Canonico voluit fauere secundis nuptiis tanquam licitis, ne earum libertas impediatur, vt constat ex cap. fin. de secundis nupt. nemo tamen dicit voluisse quoque viduis fornicationis omni iure prohibita, reis opulari; & in terminis ita tenet Cardinal. in d. cap. fin. numero 2. questione penultim. de secundis nupt. & ibi Alexand. de Nevo, numero 16. congerit plurimos hoc tenentes contra vnicum Corneum Thom. Sanchez de matrimonio lib. 7. dissertatione 90, numero primo, vbi numero 2. cum sequentibus late agit de penis fornicarum intra annum luctus fornicantium, & de alijs in materia opportunis, necnon & Padilla in l. fideicommissum, numero 3. & sequentibus, C. de fideicommissis. Anton. Gomez in l. 14. Taur. numero 17. cum sequentibus, & est l. Regia 3. titulo 12. partia 4. in illis verbis: Pero el suero de los legos defendido que no castasse fasta vn año, & ponies pena à las que ante casan: è la pena es esta, que es despues de mala fama: è deue perder las arras, è la donacion que le hizo el marido finado de las arras cosas, que le ouiesse dexado en su testamento, è deuenias auer los suos que sincaren del, è si suos non dexare, los parientes, que ouieren de heridar lo suyo, è la misma pena deue auer si ante que passasse el año fuesse maldad de su cuerpo, & ibi Gregor. Lop. in his verbis allegat leges iuris communis concordantes: post annum vero luctus vidua fornicans in incurrat eandem penas, ac si intra annum luctus fornicasset late pro & contra agit Sanchez, vbi supra, numero 4. cum sequentibus, resoluens multo probabilius esse attentio iure communi viduam post annum luctus fornicantem non subijci penis statuis viduæ nubenti intra annum luctus, ac proinde non amittere legata sibi absolute, & sine conditione relicta, vel donata à viro, vt ibi per ipsum, numero 5. cum alijs pluribus, quos citat, & numero 6. cum alijs, & contra alios idem probat in Hispania ex d. l. Regia tertia præfata ibi: si ante que passasse el año, à contrario sensu, non obstante l. fori contraria 9. titulo 12. lib. 3. fori: ibi, si despues de la muerte de su marido no fiziere buen a vida pierdalo todo quanto le dexo, cum ll. fori vicem legis non obtinent, nisi vfu comprobentur, & prætere, quia loquitur, in vidua, quæ male viuendi habitum contraxit, ac more meretricio stupra admittit secundum Acoitam, Matienç, & Barbof. quos allegat.

Incurret tamen vidua fornicans, siue intra annum luctus, siue post alias penas statutas secundo nubentibus post annum luctus, vt late probant Palat. Rub. in rubrica de donat. inter vir. & vx. §. 87. à numero 3. vsque in fin. Auiles in probem. CC. Prat. glossa 1. numero 26. cum sequentibus, & alios allegans Sanchez, vbi supra, numero 7.

Similiter mulier vidua luxuriose viuens amittit medietatem lucrorum sibi adiucentem quæ iuribus constante matrimonio, & restituenda est hæredibus mariti, in cuius coniugio fuerant acquisita, ac lucrata, expressa l. 5. in fin. titulo 9. lib. 5. non. collect. Reg. & ibi nostrates.

Quæ lex vere intelligenda est non de vidua, quæ semel, aut iterum fornicatur, sed de ea, quæ fornicationis vitio assuefacta est, id enim sonat luxuriose viuere, l. & mulieri 15. ff. de curat. furios. in d. glossa